Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26105
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Prius quam audias ne respondeas uerbum: et in medio sermonis ne adicias loqu
Dere ea re que te non molestat non alterceris: et in iudicio peccatorum ne consistas.
Fili ne in multis sint actus tui: et si fueris diues non eris innocuus a delicto.
Si enim securus fueris non apprehendes: et non effugies si peccauerit. Est homo
festinans et laborans dolens inpiu: et tanto magis non habundat. Est homo
marcidus egens recuperatione plus destituens uirtute et habundans
paupertate: et oculus dei respexit illum in bonum et erexit illum ad humiliatem
ipsi et exaltauit caput eius. Et mirati sunt in illo multi: et honorauerunt deum.
Bona et mala uita et mors paupertas et honestas a deo sunt. Datio dei permanet
uiris: et profectus illi successus habebunt in eternum. Est qui locupletat parce
agendo: et hec pars mercedis illi in eo quod dicit inueni requiem mihi et nunc
manducabo de bonis meis solus: et nescit quod tempus preterat et relinquet
omnia alius et morietur. Sta in testamento tuo et in illo conlaquere: et in ope
mandatorum tuorum uetera sed ille manseris in opibus peccatorum confide autem in domino
et mane in loco tuo. Facile est enim in oculis dei subito honestare pauperem.
Benedictio dei in mercede uirtutis festinat: et in honore uelocius pessimus illius
fructificat. Ne dicas quid est mihi opus: et que erunt mihi ex hoc bona. Ne dicas
sufficiens sum: et quid ex hoc pessimabor. In die malorum non obliuiscendo bonorum.
In die malorum ne immemor sis bonorum: et in die bonorum ne immemor sis ma
lorum: quoniam facile est coram deo retribuere in die obitus unicuique secundum uias suas.
Malicia ore obliuionem facit luxurie magne: et in fine hominis denudatio
operum ipsius. Ante mortem non laudes hominem quemquam: quoniam in filiis suis ag
nosceretur uir. Ne omnem hominem inducas in domum tuam: multe sunt enim insidie
dolosi. Sicut enim eructuant porcelli ferarum et sic peccatores inducent in ca
uea et ut caprea in laqueum sic et ore superborum et sic prospectatores uidens ca
sum primi sui. Bona enim in mala conuertens insidiatur: et in electis imponet
maculam. De scintilla una augetur ignis: et a uino doloso augetur sanguis.
Homo in peccatore sanguinum insidiatur. Adtrende tibi a pestifero fabricat enim